

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliæ
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

**Haimo <Altissiodorensis>
Haimo <Halberstadensis>**

Coloniae, 1551

VD16 H 222

Si diligitis me, mandata mea seruate. Ioh. 14.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39335

patrem nēc me. In hoc se Iudxi patrem non cognoscere ostendunt cum prædicatores filij tanto odio persequuntur, sicut idem filius alibi discipulis dicit: Qui uos recipit, me recipit: & qui uos spernit, me spernit. Mat. 10:18

Sed hæc locutus sum uobis, ut cum ueniret hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi nobis. I&Q Prædictus p̄ius magister persecutio[n]es discipulū uenturos, ut tanto facilius eas uenientes tolerarent, quanto ab illo prædictas recolerent. Minus enim iacula feriunt quæ præuideri possunt, rep̄tini uero & subitanei casus, etiam fortissimos milites in bello cōturbare solent. Et ideo non solum hic quod futurum erat, prædicere uoluit, sed etiam plurimis in locis, ut tanto leuius tribulationes & angustias sufferrerent, quanto per præscientiæ clypeum muniti essent. Cum enim mireret eos ad prædicandum, dicens: Ecce ego mitto uos sicut oves in medio luporū, quid pro eadem prædicatione passuri essent, continuo manifestare curauit, subiungens: Cauete ab hominibus, trident enim uos in concilijs, & in synagogis suis flagellabunt uos, & ante reges & præfides ducentimi propter me, in testimonium illis & gentibus. Et itē: Beati eritis cū uos oderint hoīes, & cum separauerint uos, & ex probrauerint & eiicerint nomen uestrū tanq; malum, propter filiū hoīis. Gaudete in illa dei & exultate, ecce enim merces uestra copiosa est, in cælis.

Mat. 10:

Ibid. & Mar. 13.

Luc. 6.

IN VIGILIIS PENTECOSTES, Iohannis. X. III.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Si diligitis me, mandata mea seruate. Et reli-

N

Quid est quod dicit, quod diligētibus deum & seruantibus mandata eius, spiritus paracletus darerur, dum deus non diligitur, & mandata eius seruari non possent, nisi per spiritum sanctum? Quid aliud, nisi q̄ qui per spiritum sanctum diligit deum, mereatur diligendo ut plus habeat, & plus habendo plus diligatur? Paracletus quippe consolator interpretatur. Et spiritus sanctus recte paracletus uocatur, quia corda fideliū, ne inter huius seculi aduersa deficiant, cælestis uitæ desiderijs subleuat ac reficit.

Et ego rogado patrem, & alium paracletum dabit uobis.] Ostendit in hoc & seipsum esse paracletum Habebant enim & prius paracletum, ipsum uidelicet dñm secutum in carne commorantem, cum & miraculorū dulcedine & opere predicationis, ne propter infidelium persecutionē scandalizari possent, erigi & confortari solebant. Rogabo dixit, per humanitatem, qui cuncta dat cum patre per diuinitatem.

Ve maneat uobiscum in eternum.

¶ In æternum namq̄ manet cum sanctis, quos & in hac uita semper inuisibiliter intus illustrat, & in futuro ad contemplandam perpetuo speciem maiestatis introducit.

Spiritum ueritatis, quem mundus non potest accipere, quia nō uidet eū, nec scit eum.] Mundum autem appellat, homines mundi huius amori datos. Mundus ergo eum accipere non potest, id est, mundiales homines, quia non habent inuisibiles charitatis oculos, qbus solummodo spiritus sanctus uideri potest, & sciri, & sciendo intelligi:

Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in uobis erit.] Erit, ut maneat in eternum Dominum namque saluatorem & infideles ante passionem in carne uiderunt, sed quia filius dei esset, quia paracletus a deo missus in mundum non nisi fideles scire potuerunt. Spiritum autem sanctum neque oculis uidere infideles, neque animo ualebant cognoscere, quia non induitus humilitate discipulis apparuit, sed ita ad eos uenire, ita apud eos maluit manere, ut in ipsis eorum cordibus gratissimam sibi sedem consecraret. Hoc est enim quod ait: [Vos autem cognoscetis eum, quia apud uos manebit, & in uobis erit.] Qui autem inuisibiliter in hac uita manet cum electis, uisibiliter utique eis gratiam suam cognitionis exhibet.

Non relinquam uos orphanos, ueniam ad uos.] Videbatur infidelibus quod moriens in cruce domins, discipulos reliqueret orphanos: sed non reliquit orphanos, quibus & praebuit seipsum uiuus post passionem suam in multis argumentis per dies quadraginta, & post dies decem assumptionis sue, spiritus sancti illis de cælo charismata donauit, ubi ipsum Christum ad eos uenisse nullus ambigit, qui inseparabilem sancte trinitatis naturam, ueritatem & operationem, esse cognoscit.

Actu. 1

Adhuc modicum & mundus me iam non uider.] Modicum erat usque ad tempus expletæ passionis, ex quo illum reprobi uidere non ualebant. Soli etenim iusti, qui morte illius erant contristati, gaudium resurrectionis eius uidere meruerunt.

Vos autem uidentis me, quia ego uiuo, & uos uinetis.] Quid est quod ait, Ego uiuo, & uos

N. ij

uiuetis? Cur de præsenti se dixit uiuere, illos autem defuturo esse uiucturos, nisi etiam uitia carnis, utique resurgentis, qualis in ipso præcedebat, & illis est peccatum secundum? Et quia ipius mox futura fuerat resurrectio, præsentis posuit temporis servandum, propter significandam celeritatem: illorum autem, quod in seculi differtur finem, non ait, ueritas, sed uiuetis. Duas animi resurrectiones suam sci licet mox futuram, & nostram in fine seculi secundum, duobus uerbis præsentis temporis & futuri, eleganter breuiterque promisit.

In illo die uos cognoscetis, quia ego sum in patre meo, & uos in me, & ego in uobis.] In quo die, nisi de quo ait, [Et uos uiuetis? Nouerat apostoli tunc esse Christum in patre, per unitatem in diuiduæ divinitatis: nouerant se esse in Christo, per susceptionem fidei & sacramentorum eius, qui nouerant uera citer uiuere tunc esse Christum in patre, in se esse Christum per dilectionem & obseruantiam mandatorum eius: nouerat & hoc sancta dei ecclesia, sed longe melius & pleniuss in illa die, de qua dixit, [Et uos uiuetis:] in qua uera citer uiuere incipiens, hoc est, in die resurrectionis, quando perfectius cuncta que scienda sunt scient, quando ipsum scientia fontem uicinus sine fine conspiciens. Et quia omnibus huius permissionem beatitudinis promitteret, non solùmodo apostolis, mox subiigit;

Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.] ¶ Vbi omni intentione considerandum est, quis Christum uere diligere, est non

Solum ipsam delectionem confiteri, sed mandata Christi, quæ discendo habemus, operando seruare, [Q]ui habet (inquit) mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me.] Q[ui] habet in memoria, & seruat in uita; qui habet in sermonibus, & seruat in moribus: qui habet audiendo, & seruat faciendo: aut qui habet faciendo, & seruat ea perseverando, ipse est (inquit) qui diligit me. ¶ Notandum quia cum presentis temporis uerbo diceret, qui aut diligit me, adiicit de futuro, diligetur a patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Diligit namque etiam nunc dilectores suos cum patre filius, sed nunc diligit ad hoc, ut recte uiuant ex fide, que per dilectionem operatur: tunc ad hoc diliger, ut perueniat ad uisionem ueritatis, quam per fidem gustauerant. Non aut frustra addidit, [& manifestabo ei meipsum.] Si uero secundum humanitatem se cunctis in iudicio manifestabit, solis uero iustis & sanctis diuinitatis gloriam, in qua æqualis est patri & spirituis sancto, ad æternam beatitudinem manifestaturus erit.

IN DIE SANCTO PEN tecostes. Iohann. XIII I.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Et reliqua.

Promissurus dominus spiritum sanctum discipulis, quales se exhibere debeat, qui eius habitaculum fieri desiderant, in exordio huius lectionis manifestat, cum dicit: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. In quibus uerbis ostendit, quia probatio ueræ dilectionis, exhibitio est

N iii